

TRACTATUS RATIONALIS  
ABSOLUTISSIMUS

DE

# TESTAMENTO

## VALIDO VEL INVALIDO

EX CAPITE

Testatoris	Præteritionis
Voluntatis	Exhæredationis
Solennitatum	Legitimæ
Testium	Bonorum relictorum
Institutionis	& Causæ finalis.

Facillimâ Methodo per Regulas, Ampliationes, Limitationes, earumque omnium Rationes adornatus,


### CASPARO MANZIO

JURIUM DOCTORE, SERENISS. BAVARIÆ DUCIS ELECTORIS CONSILIARIO, ET UTRIVSQUE TAM PUBLICI, QUAM PRIVATI JURIS PROFESSORE, IN CELEBERRIMA CATHOLICA UNIVERSITATE INGOLSTADIANA.

*Adjectus est in fine Modus examinandi validitatem Testamenti, & Index omnium Questionum.*

*In gratiam eorum, qui in foro & scholis versantur.*

Typis excusus



AUGUSTÆ VENDELICORUM

Sumptibus Joannis Weh, Bibliopolæ, in Officina Joannis Prætorij Typographi.

anno DOMINI M DC LXL





SANCTISSIMO  
ANGELO CUSTODI  
ANIMÆ SUÆ DUCI  
VITÆ SUÆ ANTISTITI  
PERSONÆ SUÆ TUTORI  
BONORUM CURATORI  
NEGOTIORUM DIRECTORI  
STUDIORUM MODERATORI  
PRÆSENTIUM GUBERNATORI  
FUTURORUM PROVISORI  
IN PROSPERIS ADJUTORI  
IN ADVERSIS PROTECTORI  
SALUTIS TEMPORALIS ET  
ÆTERNÆ PROMOTORI  
INDIVIDUO ET ASSIDUO CO-  
MITI.

**I**bi post DEUM, Creatorem, Salvatorem, & Sanctificatorem meum, fidelissime custos Angele, debeo, quidquid habeo, teneo, & possideo. Quam primum vitam accepi, vel in hanc lucem prodij, tu mihi ex decreto divinæ bonitatis adfuiſti, & principio usque ad finem constantissime adstitisti, salutem meam omni tempore & loco operatus fuisti, nullo unquam momento me deseruisti. Præstò fuisti infanti, puero, adolescenti, juveni, & vito: adhæſisti vigilanti & dormienti. Te novi & colui, antequam alios sanctos nossem & colerem: tibi devotus extiti, antequam illos in patrocini-um meum asciscere cogitarem, vel intelligerem.

# TITULUS I.

## De Testamentis in genere.

### SUMMARIA.

1. Testamenti varia Significationes.
2. Testamenti definitio, cur dicatur. 3. sententia. 4. voluntatis s. nostræ. 5. iusta. 7. de eo quod quis post mortem suam fieri velit. 7. 1. an conveniat minus solemnè?
8. Cur testamenta intraducta?
9. Testamentum unde dictum?
10. An juris gentium, vel civilis? 11. publici, vel privati?
11. Testamentum calatis Comitibus (13. quid) 14. cur sic dictum? 15. cur populus convocatur?
16. Testamentum prociolum quid, unde dictum, cur? & quomodo factum? 17. Testamentum per 25 & libram quomodo factum? 18. cur sic dictum. 19. cur intraductum? 20. cur venditio intervenit? 21. imaginaria. 22. cur in eo quinque testes adhiberi? 23. & civis. 24. cur sublatum?
25. Testamentum pratorium. 26. quid requiratur? 27. cur abrogatum.
28. Testamentum scriptum & nuncupativum. 29. ratio.
30. Testamentum solemnè, & minus solemnè.
31. Testamenta minus solemnè qua?
32. Cur non opus sit tot solemnitatibus in testamento militari. 34. inter liberos? 35. ad pias causas. 36. tempore contagionis. 37. cur ante principem facta? 38. apud astra condita. (39. quando dicatur apud astra fieri) 40. & in testamento rusticorum?
41. Quando testamentum valeat, vel non valeat ab initio?
42. Nullitas testamenti ex quadruplici capite desumenda?
43. Testamentum quando ex post facto reddatur invalidum.



Noniam verborum prior, re-  
ruin autem potior est interpre-  
tatio, arg. L. 1. ff. si cert. per.  
& nemo res bene intelligit, nisi  
verba prius cognoverit, *Mysth.*  
*Stephani L. 1. de iuridict. c. 1.*  
*n. 8. ideo*

**Q**UÆRITUR PRIMO: quid nomine te-  
stamenti significetur? ad hoc Resp. testamentum  
accipi multis modis primo pro declaratione &  
constellatione ultimæ voluntatis, ut in *L. ult. ff. C. de codicill. ff. 1. inst. de libert.*

Secundo accipitur pro tabulis, seu codice i-  
pso, in quo ultima voluntas continetur, hoc sensu  
dicitur testamentum aperiri, vel etiam surripiri,  
*tot. tit. quem resp. aper. L. Paulus 16. ff. ad L. Cornel. de fals.*

Tercio accipitur pro Scriptura, quæ ultima  
voluntas describitur, hoc sensu dicitur testamen-  
tum induci deleri, vel cancellari, *L. 2. & 3. ff. de  
his qua in testam. delent. induc. vel inscrib.* ita  
sunt. *Pac. ad Rub. huius part. n. 7. Duaren. q. 1. ff. explicavimus.* Ratio horum alia non potest  
reddi, nisi hæc, quod sicuti in plerisque alijs vo-  
cabulis, ita & in hoc reperitur aliqua homony-  
mia, ed quod plura sint negotia, quam vocabu-  
la, *L. natura 4. de prescrip. verb.* unde unum  
& idem verbum diversam sepe recipit interpre-  
tationem, *L. 2. ubi. gloss. n. manumisti ff. de off. procons.*

**Q**UÆRITUR SECUNDO: quid sit testamen-  
tum? Ad hoc Respondet Modestinus *JC. in L. 1. ff. h. T.* quod sit voluntatis nostræ iusta sententia,  
de eo, quod quis post mortem suam fieri velit,  
Hæc definitio, quæ admodum omnis alia in iure,  
est periculosa, *L. omnis 202. ff. de R. I.* si enim  
secundum regulas Dialecticorum examine-  
tur, remotis autem illorum argutijs bene potest  
defendi.

Dicitur enim primo, quod sit *sententia*, quæ  
vos ponitur loco generis. Ratio quia omnem  
cujuscunque rei deliberatæ voluntatem, & di-  
spositionem significat, *Mysf. ad pr. tit. de tes-  
tam. n. 2.* nam sententia dicitur non tantum  
voluntas testatoris, verum etiam placitum legis-  
latoris, consultum Senatûs, pronuntiatio & de-  
cretum iudicis, responsa prudentium & lictorum,  
*L. ex sententia 29. ff. de testamen. tut. tit. C. de  
sensent. & interlocutio jud. & plurib. alijs ff. re-  
sponsa ff. inst. de I. N. G. & C.*

Dicitur | Secundo: *voluntatis*, quæ vox si-  
gnificat causam efficientem testamenti. Nam,  
ut bene agnovit Wesenbec *n. 8. ff. h. T. causa*,  
efficientis testamenti est voluntas testatoris, & qui-  
dem libera ( si enim libera non est, voluntas non  
est) quæ de causa tituli seq. audiemus, quod si  
illi, qui non habent libertatem & arbitrium vo-  
luntatis suæ ( uti servi, filij f. furiosi, prodigi, &  
id genus similes ) animi sui sententiam expri-  
mant, eam tamen pro testamento non haberi,